Judit 8 27 Sed reputantes – n hæc ipsa supplicia minora esse flagella Domini
Job 14 16 gressus m dinumerasti, sed parce – m
Ps 77 38 misericors, et propitius fiet – eorum
78 9 propitius esto – nostris, propt nomen t
Sap 1 4 in malevolam.. non introibit sap, nec habitabit in corpore subdito –
Eccli 3 33 Ignem ardentem extinguit aqua, et eleemosyna resistit –
1 *Tim* 5 22 neque communicaveris – alienis
1 *Pet* 2 24 ut – mortui, justitiæ vivamus
Exod 34 9 ut.. auferas..**peccata**,nosq possideas
Levit 26 21 addam plagas vestr.. propter – vestra
Deut 9 18 XL diebus..non comedens propt.. – v
3 *Reg* 8 35 Si.. non pluerit propt – eor.. conversi 36 exaudi.. et dimitte – servorum tuorū
2 *Par* 6 26 Si.. pluvia non fluxerit propter – pop
28 13 Quarè vultis adjicere super – nostra
2 *Esd* 9 2 confitebantur – sua, et..patrum suorū
Tob 3 13 in tempore tribulationis – dimittis..
12 9 eleemos à morte liberat, et.. purgat –, et facit invenire miseric.. vitam..
Judit 7 17 qui ulciscitur nos secundùm – nostra
Job 13 23 Quantas habeo iniquit et –.. ostende..
34 30 regnare facit.. hypocritā, propt – pop
Ps 84 3 Remisisti..operuisti omnia – eorum
88 33 visitabo..et in verberibus – eorum
102 10 Non secundùm – nostra fecit nobis
Prov 12 13 Propt – labiorū, ruina proximat malo
28 2 Propter – terræ, multi principes ejus
Eccle 10 4 quia curatio faciet cessare – maxima
Sap 11 24 dissimulas – hominū propt pœnitentiā
Eccli 2 13 et remittet in die tribulationis, –
4 31 Non confundaris confiteri – tua
7 8 neque alliges duplicia –
17 21 Convertere ad Dnū, et relinque – tua
21 2 Quasi à facie colubri, fuge –
28 1 – illius [*qui vindicari vult*].. servabit 10 Abstine te à lite, et minues –
47 13 Dnus purgavit – ipsius [*David*]
Isai 38 17 projecisti post tergum t omnia – mea
44 22 Delevi.. et quasi nebulam, – tua
53 12 et ipse – multorum tulit [*Christus*]
58 1 annuntia..et domui Jacob – eorum
Jer 30 15 et propter dura – tua feci hæc tibi
Thre 4 13 [*hostis..per portas*] propt – prophetarū
Bar 4 12 derelicta sum propter – filiorum m
6 1 PROPTER –, quæ peccastis ante Deum
Dan 3 28 induxisti omnia hæc propter – nostra 37 sumusq humiles..hodiè propt – nostra
4 24 et – tua eleemosynis redime, et..
9 20 Cùm..orarē, et confiterer – mea et –..
Ose 8 13, 9 9 et visitabit – eorum
Amos 5 12 cognovi.. scelera v et fortia – vestra
Mich 7 19 projiciet in profund maris om – nostra
Matt 3 6 et baptizabantur.. confitentes – sua
6 15 Si.. non dimiseritis.. nec Pater vester dimittet vobis – vestra
9 6 Ut.. sciatis, quia Filius h habet potestatē.. dimittendi –.. tolle lectum t
Marc 2 7 Quis potest dimittere –, nisi solus D? [*Job* 14 4 *Ps* 50 4 *Isai* 43 25]
11 26 non dimiseritis..nec.. dimittet vobis –
Luc 7 49 Quis est hic, qui etiam – dimittit?
11 4 dimitte nob – nostra, siquidē et ipsi..
Joan 20 23 quorum remiseritis –, remittuntur eis : et quorū retinueritis, retenta sunt

Act 22 16 Exurge, et baptizare, et ablue – tua
Rom 11 27 à me testamentū, cùm abstulero – eor
1 *The* 2 16 ut salvæ fiant, ut impleant – sua semp
Hebr 9 28 oblatus est ad multorū exhaurienda –
10 4 Impossibile enim est sanguine taurorum et hircorum auferri –
11 hostias, quæ nunquā possunt auferre –
Jac 5 16 Confitemini ergo alterutrum – vestra
1 *Pet* 2 24 qui – nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum [*Isai* 53 4]
1 *Joan* 1 9 Si confiteamur – nostra, fidelis est et justus, ut remittat nobis – nostra
3 5 ille apparuit, ut – nostra tolleret
Num 16 26 [*Moyses*] ad turbam : Recedite.. ne involvamini in **peccatis** eorum
3 *Reg* 16 2 peccare fecisti..ut me irritares in – cor 26 in – ej [*Jeroboam*],quib peccare fec Isr
4 *Reg* 15 9 non recessit [*Zachariæ*] à – Jeroboam
2 *Esd* 1 6 et confiteor pro – filiorum Israel..
Tob 3 3 et ne vindictam sumas de – meis
Job 13 26 consumere me vis – adolescentiæ m
Ps 50 7 et in – concepit me mater mea 11 Averte faciem t à – meis.. iniq.. dele
140 4 ad excusandas excusationes in –
Prov 13 13 Animæ dolosæ errant in –
Eccli 3 4 Qui diligit Deum, exorabit pro – 32 Sapiens cor.. abstinebit se à –
16 8 Non exoraverunt pro – suis..gigantes 10 gentē.. perdens,et extollentem se in – s
26 28 non justificabitur caupo à – labiorum
28 4 In hominem similem sibi non habet misericordiā,et de – suis deprecatur
34 31 qui jejunat in – suis, et iterum.. faciens, quid proficit humiliando se?
35 5 deprecatio pro –,recedere ab injustitiā
48 16 et non recesserunt à – suis, usq dùm ejecti sunt de terrā suā
Isai 40 2 Jerusalē..suscepit..duplicia pro..– suis
43 24 servire me fecisti in – tuis
Thren 3 39 Quid murmuravit homo.. pro – suis?
4 20 Christus Dnus captus est in – nostris
Ezec 16 52 quæ [*Jerusalem*] vicisti sorores t – tuis
18 21 Si..egerit pœnit ab omnib – suis..vivet
2 *Mac* 7 32 Nos enim pro – nostris hæc patimur
12 43 misit [*Judas*] Jerosolymam offerri pro – mortuorum sacrificium
46 Sancta..et salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à – solvantur
Matt 1 21 salvum faciet populum s à – eorum
Joan 9 34 In – natus es totus, et tu doces nos?
1 *Cor* 15 3 Christus mortuus est pro – nostris..
17 si Christus non resurrexit, vana est fides v, adhùc enim estis in – vestris
Galat 1 4 qui dedit semetipsum pro – nostris
Eph 2 1 cùm essetis mortui delictis et – vest 5 cùm essemus mortui –, convivificavit
Hebr 5 1 ut offerat dona et sacrificia pro – 3 ità.. et pro semetipso offerre pro –
10 12 unam pro – offerens hostiam,in sempiternum sedet in dexterâ Dei
26 peccantibus.. post..notitiam veritatis, jam non relinquitur pro – hostia
Jac 5 15 si in – sit [*infirmus*] remittentur ei
1 *Pet* 3 18 Christus semel pro – n mortuus est
4 1 qui passus est in carne, desiit à –
1 *Joan* 2 2 et ipse est propitiatio pro – nostris.. sed etiam pro totius mundi
4 10 misit Filiū s propitiationē pro – nostr
Apoc 1 5 et lavit nos à – nostris in sanguine suo

Prov 14 21 Qui despicit proximum suum, –
20 2 qui provocat eū [*regem*] – in animam s
Sup 11 17 per quæ – quis, per hæc et torquetur
Eccli 19 6 Qui – in animam suam, pœnitebit
1 *Cor* 6 18 qui autem fornicatur in corpus s , –
7 36 quod vult faciat : non –, si nubat
Exod 10 16 **Peccavi** in Dnum Deū v, et in vos
Jos 7 20 Verè.. – Dno [*ait Achan*]..sic et sic feci
2 *Reg* 12 13 dixit David ad Nathan : – Domino
24 10 –.. sed precor.. ut transferas iniquit..
17 Ego sum qui –.. isti.. quid fecerunt ?
1 *Par* 21 17 jussi.. Ego, qui – : ego, qui malū feci
Job 7 20 –, quid faciam tibi, ô custos hominū ?
10 14 Si –, et ad horam pepercisti mihi
17 2 Non –, et in amarit moratur oculus m
33 27 Respiciet homines, et dicet : –
Ps 40 5 sana animam meam , quia – tibi
50 6 Tibi soli – , et malum coram te feci
Eccli 5 4 Ne dixeris : –, et quid mihi accidit trist
Jer 2 35 contendā tec, eo quòd dixeris : Non–
Matt 27 4 [*Judas*] dicens : – , tradens sang justū
Luc 15 18 , 21 Pater , – in cœlum et coram te
Eccli 21 1 Fili, **peccasti** ? non adjicias iterùm
Ezec 28 16 et –..et perdidi te,ô cherub protegens
1 *Cor* 7 28 Si autem acceperis uxorem, non –
Exod 32 7 Dnus ad Moysen.. descende : **peccavit** populus tuus [*Deut* 9 12]
31 – populus iste peccatum maximum
Jos 7 11 – Israel, et prævaricatus est pactum m
Job 1 22, 2 10 In omnib his, non – Job labiis s
Thren 1 8 Peccatum – Jerusalem..spreverunt illā
Ezec 16 51 Samaria dimidium peccatorū t non –
1 *Cor* 7 28 Et si nupserit virgo, non –
Gen 42 21 patimur,quia **peccavimus** in fratr
Deut 1 41. 1 *Reg* 7 6 *Bar* 1 13, 2 3 – Domino
Judic 10 15 –, redde tu nob quidquid tibi placet
1 *Reg* 12 10 –, quia dereliquimus Dominum
3 *Reg* 8 47 –, iniquè egimus, impiè gessimus
2 *Par* 6 37 –, iniquè fecimus, injustè egimus
1 *Esd* 9 7 sed et nos..– graviter usq ad diē hanc
Judit 7 19 *Ps* 105 6 – cum patrib n, injustè egim
Jer 3 25 Dno Deo nostro – nos, et patres n
8 14 dedit nobis aquam fellis : – enim Dno
14 7 multæ sunt aversiones nostræ, tibi –
Thre 5 16 Cecidit corona cap.. væ nobis, quia –
Bar 1 17 –..et non credidimus,diffidentes in eū
2 12 –, impiè egimus, iniquè gessimus
3 2 et miserere nostrī : quia – ante te
Dan 3 29 –.. iniquè egimus, recedentes à te
9 5, 15 – , iniquitatem fecimus
1 *Joan.* 1 10 Si dixerimus, quoniam non – : mendacem facimus eum [*Deum*]
Bar 6 1 PROPTER peccata quæ **peccastis** ante Deum, abducemini in.. captivi
Deut 32 5 **Peccaverunt** ei.. non fil ej in sordib
Ps 77 32 In omnib his – adhùc.. non credider
Sap 5 14 Talia dixerunt in inferno hi, qui –
Thren 5 7 Patres n –, et non sunt.. portavimus
Ose 9 9 Profundè –, sicut in diebus Gabaa
Soph 1 17 et ambulabunt ut cæci,quia Domino –
Rom 2 12 quic in lege –, per legē judicabuntur
3 23 omnes enim –, et egent gloriâ Dei
5 12 ità in omn..mors pertr,in quo omn –
Eccli 7 40 In omnib operib t,memorare novissima tua, et in æternum non **peccabis**
Matt 18 21 quoties **peccabit** in me . et dimittam ei? usque septies? [*usq septuagies..*]
Rom 6 15 **peccabimus**, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratiâ? Absit

2 *Pet* 1 10 hæc enim facientes, non – aliquandò
Eccli 24 30 qui operantur in me,non **peccabunt**
Job 35 3 vel quid tibi proderit,si..**peccavero**
Exod 23 21 quia non dimittet, cùm **peccaveris**
Job 35 6 Si –, quid ei [*Deo*] nocebis ?
Exod 32 33 Qui **peccaverit**.. delebo.. de libro..
Levit 4 3 si sacerdos, qui unctus est, –..
1 *Reg* 2 25 Si – vir in virū, placari.. potest Deus : si.. in Dnū –.. quis orabit pro eo ?
Prov 8 36 qui autem in me –, lædet animam s
Eccle 9 18 qui in uno –, multa bona perdet
Ezec 18 4, 20 anima, quæ –, ipsa morietur
Ps 118 11 abscondi eloquia t : ut non **peccem**..
Eccli 7 7 Non **peccēs** in multitudinē civitatis
Eccle 7 21 Non est enim homo..qui. non **peccet** [3 *Reg* 8 46. 2 *Par* 6 36. 1 *Joan* 1 8]
1 *Joan* 2 1 Filioli m..scribo vob, ut non **peccetis**
Exod 20 20 venit D..ut terror..et non **peccaretis**
Matt 18 15 **Si.. peccaverit** in te frater tuus.. [*Levit* 19 17 *Eccli* 19 13 *Luc* 17 3]
1 *Joan* 2 1 Sed et si quis –, advocatum habemus apud Patrem Jesū Christum justum
Sap 15 2 si **peccaverimus**, tui sumus
3 *Reg* 8 46 si **peccaverint** [*reversi.. exaudies*] [2 *Par* 6 36]
Job 1 5 Dicebat.. [*Job*] Ne forte – filii mei..
Gen 39 9 quomodò..possū..**peccare** in Deū m ?
42 22 Numq non dixi vob : Nolite – in puerū
3 *Reg* 14 16 *Eccli* 47 29 Jeroboam.. – fecit Israel [*et saepè infrà*]
15 26 ambulavit [*Nadab*]..et in peccatis ejus [*Jeroboami*] quibus – fecit Israel
Ps 4 5 *Eph* 4 26 Irascimini et nolite –
77 17 Et apposuerunt adhùc – ei : in iram..
Eccle 5 5 Ne dederis os t, ut – facias carnem t
Eccli 19 25 ab imbecillitate virium vetetur –
20 23 Est qui vetatur – præ inopiâ
Isai 29 21 qui – faciebant homines in verbo
Dan 13 23 melius est mihi absq opere incidere in manus v, quàm – in conspectu Dni
Joan 5 14 Ecce sanus factus es : jam noli – , ne deterius tibi aliquid contingat
8 11 Jesus [*adulteræ*].. jam amplius noli –
1 *Cor* 15 34 Evigilate, justi, et nolite –
Prov 29 6 **Peccantem**.. iniquum, involvet laq
1 *Joan* 10 32 – in animam suam, quis justificabit?
Amos 9 8 oculi Dni super regnum **peccans**
2 *Mac* 7 18 hæc patimur **peccantes** in Deum n
1 *Pet* 2 20 Quæ enim est gloria, si, –,et colaphizati, suffertis? Sed si benè.. gratia..
Eccli 11 9 in judicio **peccantium** ne consistas
16 7 In synagogā – exardebit ignis.. ira
21 40 Stuppa collecta, synagoga –
41 Via – complanata lapidib..in fine..inferi, et tenebræ et pœnæ
27 14 Narratio – odiosa..risus illorum in..
Hebr 10 26 Voluntariè.. **peccantibus** nob..jam non relinquitur pro peccatis hostia
2 *Pet* 2 4 Si enim Deus angelis – non pepercit..
1 *Tim* 5 20 **Peccantes**, coram omnibus argue
Eccli 15 21 et nemini dedit spatium **peccandi**
Prov 29 22 et qui ad indignandum facilis est, erit ad **peccandum** proclivior
Eccli 3 29 et peccator adjiciet ad –
Ose 13 2 Et nunc addiderunt [*filii Israel*] ad – **PECTORALIS pectoralis**
Jer 2 32 Numq obliviscetur..sponsa fasciam suæ **PECTUS pectus**
Gen 3 14 super – t gradieris.. terram comedes

Exod 28 29 Portabit.. Aaron nomina filiorū Israel **in** [rationali judicii , super – suum
Luc 18 13 publicanus.. percutiebat – suū,dicens
Joan 21 20 qui et recubuit in cœnā super – ejus
Luc 23 48 percutientes **pectora**..revertebantur

PECULIARIS

Deut 7 6, 26 18 elegit.. ut sis ei populus –

PECULIUM peculium

Exod 19 5 Si.. eritis mihi in – de cunctis populis
Mal 3 17 erunt mihi.. in – : et parcam eis

PECUNIA

Eccle 7 13 Sicut..protegit sapientia, sic protegit–
Act 8 20 [*Petrus ad Simonem*] – tua tecum sit in perditionem
Eccle 10 19 et **pecuniæ** obediunt omnia
Gen 23 16 Abrahā appendit **pecuniam** [*pro agr*]
43 21 et invenimus – in ore saccorum
Levit 25 37 – tuam non dabis ei [*fratri*] ad usurā
Ps 14 5 [*habitabit*]..qui– s non dedit ad usurā
Prov 2 4 si quæseris eam [*sapientiam*] quasi –
8 10 Accipite disciplinam meam , et non –
Eccli 10 10 Nihil est iniquius quàm amare –
29 13 Perde – propter fratrem et amicum t
Matt 10 9 Nolite possidere aurū, neq arg, neq –
25 18 fodit [*servus*]..et abscondit – domini s
Luc 9 3 Nihil tuleritis in viā , neq virgā , neq perā, neq panem, neq –, neq 2 tunic
22 5 et pacti sunt – illi [*Judae*] dare
Act 8 18 Cùm vidisset..Simon , quia per imp.. daretur Spiritus S, obtulit eis –
Eccle 5 9 Avarus non implebitur **pecuniâ**
Eccli 31 8 Beatus dives, qui.. nec speravit in –..
Thren 5 4 Aquam n – bibimus, ligna.. pretio..
Matt 28 15 At illi [*custodes*], acceptâ –, fecerunt sicut erant edocti
Act 8 20 tecum sit in perditionem , quoniam donum Dei existimasti – possideri
Marc 10 23 *Luc* 18 24 Quàm difficile , qui **pecunias** habent, in regnum Dei..!

PECUS pecoris

Prov 27 23 Diligenter agnosce vultum – tuí
Gen 7 23 delevit.. ab homine usque ad **pecus**
Exod 11 7 non mutiet canis ab homine usq ad –
12 12 percutiā..primogenit..ab hom usq ad –
Ps 134 8 percussit primogenita..ab hom usq ad–
Isai 66 3 qui mactat –,quasi qui excerebret canē
Ezec 34 22 salvabo gregē m.. judicabo inter– et –
Levit 18 23 Cum omni **pecore** non coibis
Eccli 7 24 **Pecora** tibi sunt? attende illis
Jon 3 7 et boves et – non gustent quidquam
2 *Pet* 2 12 Ili verò, velut irrationabilia –
Ps 8 8 subjecisti.. oves et boves.. et **pecora**
148 10 [*Laudate Dnum*] bestiæ et.. **pecora**
Dan 3 81 Benedicite, omnes bestiæ et –,Domino

PEDICA

Job 18 10 Abscondita est in terrā – ej [*impii*]
Jer 5 26 ponentes..**pedicas**,ad capiendos viros

PEJOR

Matt 9 16 à vestimento, et – scissura fit
27 64 Et erit novissimus error – priore
Jer 7 26 **pejus** operati sunt quā patres eorùm
16 12 Sed.. – operati estis, quàm patres v
2 *Tim* 3 13 Mali.. et seductores , proficient in –
Matt 12 45 novissima hominis illius **pejora** prioribus [2 *Pet* 2 20]
Judic 2 19 multò faciebant **pejora** quàm..patres

PELAGUS

Jon 2 6 abyssus vallavit me, – operuit caput meum [*Ps* 68 2]
Ps 101 7 Similis factus sum – solitudinis

PELLICEUS pelliceas

Gen 3 21 Fecit..Dnus..Adæ, et uxori..tunicas –

PELLICIO pelliciunt

2 *Pet* 2 18 – in desideriis carnis luxuriæ..
14 **pellicientes** animas instabiles

PELLIS

Thren 5 10 – nostra, quasi clibanus, exusta est
Job 19 20 **Pelli** m,consumptis carnib,adhæsit os
2 4 **Pellem** pro pelle..cuncta..pro animâ
Ps 103 2 extendens cœlū sicut –
Jer 13 23 Si mutare potest Æthiops– s ,poteritis benefacere, cùm didiceritis malum
Thre 3 4 Vetustam fecit – meam et carnem m
Job 10 11 **Pelle** et carnib vestisti me : ossib et..
19 26 et rursùm circumdabor – meâ, et in carne meâ videbo Deum meum
2 *Reg* 7 2 arca Dei posita sit in medio **pellium**?
Isai 54 2 et **pelles** tabernaculorum t extende
Hebr 11 37 circuierunt [*sancti*] in melotis, in **pellibus**.. egentes, angustiati, afflicti

PELVIS pelvim

Joan 13 5 mittit aquā in– , et cœpit lavare pedes

PENDEO pendet

Deut 21 23 *Galat* 3 13 maledictus..qui – in ligno
Esth 16 18 omnis cognatio ej [*Amani*]– in patibul
Matt 22 40 In his 2 mandatis, univ lex –,et proph
Luc 23 39 de his qui **pendebant** latronibus, blasphemabat.. Si tu es Christus..
Gen 44 30 cùm anima illius [*Jacob*] ex hujus [*Benjamin*] anima **pendeat**
2 *Reg* 18 10 Vidi Absalom **pendere** de quercu
Deut 28 66 et erit vita t quasi **pendens** ante te
Isai 3 21 gemmas in fronte **pendentes** [*auferet*]

PENETRABILIOR

Hebr 4 12 sermo Dei.. et – omni gladio ancipiti

PENETRALE penetralibus

Ps 104 30 Edidit terra eorū ranas in – regū ips
Matt 24 26 Si.. dixerint.. Ecce in –, nolite credere

PENETRO penetrant

Prov 5 5 Pedes ej [*meretricis*] descend in mortē.. ad inferos gressus illius –
2 *Tim* 3 6 ex his..sunt,qui – domos..captivas duc
Eccli 24 8 sola, et profundū abyssi **penetravi**
Hebr 4 14 Habentes ergo pontificem magnū, qui **penetravit** cœlos , Jesum F Dei..
Eccli 24 45 **Penetrabo** .. inferiores partes terræ
35 21 Oratio humiliantis se , nubes **penetrabit**.. non discedet donec..
Prov 7 27 Viæ inferi domus ej [*meretricis*] **penetrantes** in interiora mortis

PENNA pennam

Isai 40 14 quasi nidum.. et non fuit qui moveret –, et aperiret os, et ganniret
Ezec 1 6. 4 facies uni..**4 pennæ** uni [*4 animal*]
2 *Reg* 22 11 volavit..lapsus est sup **pennas** venti
Ps 17 11 et volavit , volavit super – ventorum
54 7 Quis dabit mihi – sicut columbæ, et volabo, et requiescam ?
103 3 ponis nubem.. ambulas super – ventor
138 9 Si sumpsero – m diluculò [*manus t..*]
Prov 23 5 opes..facient sibi –..volabunt in cœlū
Isai 40 31 Qui..sperant..assument – sicut aquilæ
Ps 90 4 obumbr tibi.. sub **pennis** ej sperabis
Luc 13 34 Jerusalē..quoties volui congreg filios t, quemad avis nidū s sub –..noluisti?

PENNATUS pennatorum

Prov 1 17 Frustrà jaciture rete ante oculos –
Ps 77 27 pluit..sicut arenā..volatilia **pennata**

Sap 10 6 justū..liberavit..descendente igne in –

PENTECOSTES Pentecostes

Act 2 1 cùm complerentur dies –,erant omn..

PENURIA penuriam

Deut 28 57 Comedent.. eos [*liberos*]..propt rerū..–
Prov 28 27 qui despicit deprecantem,sustinebit –
Phili 4 12 scio.. esurire, et abundare , et – pati
Exod 17 3 Sitivit.. populus, præ aquæ **penuriâ**
Deut 28 48 servies inimico..in fame..siti..nudit..–
55 de carnibus filiorum s.. comedet , eo quòdnihil habeat in.. et –
Mal 3 9 in – vos maledicti estis..me..configitis
Marc 12 44 hæc verò de – suâ.. misit totū victū s

PERA peram

Matt 10 10 non – in viâ, neq 2 tunicas, neq.. neq
Luc 9 3 Nihil tuleritis in viâ.. neq –, neq panē
10 4 Nolite portare sacculum , neq –, neq..
Judit 13 19 proferens de **perâ** caput Holofernis
Luc 22 35 misi vos sine sacculo et –..defuit vob?

PERAMBULO perambulant

Ps 8 9 et pisces maris, qui – semitas maris
Job 1 7, 2 2 Circuivi terrā,et **perambulavi**
Zach 1 10 [*Quid sunt isti ?*] Isti sunt , quos misit Dnus, ut **perambulent** terram
Bar 6 64 nubes, quib .. imperatū.. **perambulare**.. orbē, perficiunt.. imperatū
Ps 67 22 Deus confringet.. verticem capilli **perambulantium** in delictis s
Judit 5 12 et.. fundū maris **perambulando**..

PERCIPIO percipit

1 *Cor* 2 14 Animalis.. homo non – ea , quæ sunt Spiritūs Dei : stultitia enim est illi
Eccli 38 25 qui minoratur actu, sap **percipiet**
1 *Pet* 5 4 cùm apparuerit princ pastorū, **percipietis** imarcescibilē gloriæ coronū
Ps 5 2 Verba m aurib **percipe**, Dne, intellig
16 1 Auribus – orationem meam
38 13 Exaudi.. auribus – lacrymas meas
53 4 exaudi.. auribus – verba oris mei
83 9 exaudi.. auribus –, Deus Jacob
85 6 Auribus –, Dne , orationem meam : et intende voci deprecationis mæ
142 1 aurib – obsecrationem m in veritate t
Isai 1 2 Audite, cœli,et auribus –, terra..
Judic 5 3 Audite,reges, aurib **percipite**,princ
Ps 48 2 auribus – omnes , qui habitatis orbem
Act 2 14 notum sit, et auribus – verba mea
Marc 10 47 quid faciā, **ut** vitā æternā **percipiam**

PERCURRO percurrens

Sap 5 9 Transierunt..tanq umbra et..nuntius –

PERCUSSIO

2 *Reg* 6 8 vocatum est nomen locī **illius** : –Ozæ [1 *Par* 13 11]

PERCUSSOR percussorem

Exod 12 23 et non sinet – ingredi domos vestras..
1 *Tim* 3 3 [*episcopum*] non vinolentum,non –,sed modestum ; non litigiosū.. cupidū
Tit 1 7 episcopum sine crimine.. non superbū, non.. non –,non turpis lucri cupidū

PERCUSSURA percussuram

Isai 30 26 alligaverit.. et – plagæ ejus sanaverit
Eccli 27 5 in **percussurâ** cribri remanebit pulvis,sic aporia hominis in cogitatu

PERCUTIO percutis

Num 22 28 Quid feci tibi? cur – me?..jam tertiò?
Luc 6 29 te **percutit** in maxillā , præbe et alt
Isai 58 4 jejunatis, et **percutitis** pugno impiè
1 *Reg* 5 9 **percutiebat** viros uniuscuj urbis
Luc 18 13 publicanus..nec oculos..sed – pectus s
Matt 27 30 expuentes in eum, acceperunt arundinem et – caput ejus
Luc 22 64 velaverunt eum [*Jesum*], et – facrē ej
Isai 53 8 propt scelus populi m **percussi** eum
60 10 in indignatione.. m – te.. misertus sū
Jer 2 30 Frustrà – filios v, disciplinā non recep
Amos 4 9 – vos in vento urente, et in aurugine
Ps 3 8 tu **percussisti**.: adversantes mihi..
68 27 Quoniam quem tu –, persecuti sunt
Isai 51 9 Numquid non tu – superbum..?
Jer 5 3 – eos [*Jerosolymit*], et non doluerunt
Thren 2 21 in die furoris tui : –, nec misertus es
Hab 3 13 – caput de domo impii : denudasti fundamentum ejus usque ad collū
Exod 7 20 Moyses.. **percussit** aquam fluminis
9 25 – grando in omni terrā Ægypti cuncta
12 29 – Dnus omne primogenitum in ter Æg
13 6 dextera tua, Domine, – inimicum
32 35 –.. Dnus populum, pro reatu vituli
1 *Reg* 17 49 lapidē..fundā..– Philisthæū in fronte
18 7, 21 11 – Saul mille,et David 10 millia
4 *Reg* 2 8 Elias..– aquas.. divisæ.. et transierunt
14 –.aquas [*Eliseus*], et divisæ sunt
Judit 13 10 Et – bis in cervicem ejus [*Holofernis*]
Job 2 7 Satan..– Job ulcere pessimo, à plantâ
Ps 77 20 Quoniam – petram, et fluxerunt aquæ
51, 104 36 – omne primogenitū in terrā..
104 33 – vineas eorum et ficulneas eorum
134 8 – primogenita Æg ab hom .. ad pecus
10 Qui – gentes multas : et occidit reges..
135 10 Qui – Ægyptum cum primogenitis..
Isai 37 36 angelus..– in castris Assyriorū 185,000
2 *Mac* 9 5 – eum [*Antiochum*] insanabili.. plagā
Matt 26 68 Prophetiza.. quis.. te –? [*Luc* 22 64]
Joan 18 10 Petrus..– pontificis servū : et abscidit auriculam ejus dexteram
Act 12 23 [*Dei voces, et non hominis*] Confestim autem – eum [*Herodem*] angelus
Isai 28 15 **Percussimus** fœdus cum morte
Gen 19 11 ..qui foris.. **percusserunt** cæcitate
Jos 12 1 Hi sunt [31] reges, quos – filii Israel
1 *Reg* 4 8 hi sunt Dii,qui – Ægyptū.. in deserto
Job 1 17 Chaldæi.. pueros – gladio, et ego fugi
16 11 et exprobrantes – maxillam meam
Cant 5 7 custodes.. – me, et vulneraverunt me
Dan 2 35 lapis autem, qui **percusserat** statuam, factus est mons magnus..
Gen 8 21 non.. ultrà **percutiam**.. sicut feci
18 29 Sin.. 40.. inventi..?..Non – propter 40
Exod 8 2 ecce ego – omnes terminos tuos ranis
9 15 – te, et populum tuum peste
Levit 26 24 – vos septies propter peccata vestra
Deut 32 39 et ego vivere faciū : –, et ego sanabo [1 *Reg* 2 6 *Tob* 13 2 *Sap* 16 13]
1 *Reg* 17 46 – te, et auferam caput tuum à te
Isai 1 5 Sup quo – vos ultrà,addentes prævar?
Jer 21 6 – habitatores civitatis huj [*Jerusalem*]
Amos 3 15 – domum hiemalem cum domo æstivâ
Zach 12 4 – omn equū in stuporē,et ascensorē ej
Matt 26 31 *Marc* 14 27 – pastorē, et disperg oves
Prov 23 14 virgâ **percuties**..animam..liberabis
Isai 11 15 **percutiet** eū [*Euphraten*] in 7 rivis
49 10 neque sitient, et non – eos æstus et sol
Ose 6 2 cepit, et sanabit nos : –,et curabit nos
Act 23 3 Paulus.. – te Deus, paries dealbate
Prov 23 13 si.. **percusseris** eū [*puerum*] virgâ , non morietur [13 24 *Eccli* 30 1]
Exod 21 15 **percusserit** patrē,.aut m..moriatur
Deut 27 24 Maledictus qui clàm – proximum suū

Judic 9 54. 4 *Reg* 31 4 Evagina gladium tuum,et – me [4 *Par* 10 4]
4 *Reg* 6 18 –, obsecro, gentem hanc cæcitate
Amos 9 1 – cardinē.. cōmoveantur superliminar
Zach 13 7 – pastorem, et dispergentur oves
Exod 19 22 Sacerdotes.. qui accedunt ad Dnum, sanctificentur, ne **percutiat** eos
Deut 28 22 – te Dnus egestate, febri, et frigore
27 – te Dominus ulcere Ægypti.. ità ut curari nequeas
28 – te Dnus amentiâ.. cæcitate.. furore..
35 – te Dnus ulcere pessimo in genibus
Jer 18 18 venite, et **percutiamus** eum linguâ
Matt 5 39 si quis te **percusserit** in dexteram maxillam t, præbe illi et alteram
4 *Reg* 13 19 Si **percussisses**.. sive septies, – Syriam usque ad consumptionem
Isai 2 19, 21 cùm surrexerit **percutere** terrā
Mich 6 13 cœpi – te perditione super peccatis t
Exod 12 27 **percutiens** Ægyp..domos n liberans
Ezec 7 9 et scietis, quia ego sum Dominus –
Thren 3 30 Dabit **percutienti** se maxillam
Prov 19 29 et mallei [*parati*] **percutientes** stult
Luc 23 48 turba.. – pectora sua, revertebantur
1 *Cor* 8 12 – conscientiā eorū infirmam... peccatis
Isai 50 6 Corpus m dedi **percutientibus**, et genas m vellentibus [*Matt* 26 67]
Ps 101 5 **Percussus sum** ut fenū.. aruit cor
Num 21 8 qui **percussus** aspexerit eum [*serpentem aeneum*], vivet
2 *Reg* 11 15 derelinquite eū [*Uriam*], ut – intereat
2 *Mac* 9 28 blasphemus [*Antiochus*] pessimè –..ut
Judic 4 21 Jahel.. clavum, **percussum**.. malleo, defixit in cerebrum [*Sisarae*]
Isai 53 4 putavimus eū quasi leprosū..– à Deo
Num 21 9 cùm **percussi** aspicerent,sanabantur

PERDITIO

Tob 4 14 in ipsâ enim [*superbiâ*] initiū sumpsit omnis –
Job 31 3 Numquid non – est iniquo, et..?
Prov 6 15 Huic [*apostatae*] extemplò veniet – sua
15 11 Infernus, et – coram Domino
27 20 Infernus et – nunquàm implentur
Ose 13 9 – tua, Israel.. in me auxilium tuum
Matt 26 8 discipuli, indignati sunt..Ut quid –..?
Marc 14 4 Ut quid – ista unguenti facta est?
2 *Pet* 2 3 judicium..et – eorum non dormitat
Deut 32 35 juxta est dies **perditionis** et adesse festinant tempora
Job 21 30 Quia in diem – servatur malus
Sap 5 7 Lassati sumus in viâ iniquitatis et –
Jer 18 17 dorsum.. non faciē ostendā eis in die–
Joan 17 12 nemo ex eis periit, nisi filius –
2 *The* 2 3 revelatus fuerit homo peccati, filius –
2 *Pet* 2 1 magistri mendac..introducent sectas –
3 7 Cœli.. igni reservati in diē judicii et –
Judit 8 27 ad emendationem , et non ad **perditionem** nostrā evenisse credamus
Job 31 12 [*adulterium*] Ignis est usq ad – devorans
Prov 29 27 Verbum custodiens filius , extra – erit
Sap 1 12 neq acquiratis – in operib manuum v
Eccli 9 13 non alterceris cum illâ [*alienâ*] in vino, ne.. et sanguine tuo labaris in –
20 27 –..ambo hæreditabunt [*fur et mendax*]
36 11 qui pessimant plebem t , inveniant –
41 13 impii à maledicto in – [*convertentur*]
Matt 7 13 et spatiosa via est, quæ ducit ad –
Act 8 20 [*Petrus ad Simonem magum*] : Pecunia tua tecum sit in –
1 *Tim* 6 9 desideria.. mergunt . in interitum et –
2 *Pet* 2 1 sectas.. superducentes sibi celerem –
3 16 indocti.. instab depravant.. ad suā.. –
Ps 87 12 narrabit.. veritatē t in **perditione** ?
Prov 11 10 in – impiorum erit laudatio
Sap 1 13 Deus mortem non fecit,nec lætatur in – vivorum [*Ezec* 18 32, 33 11]
Eccli 50 4 Qui [*Simon*] curavit gentem suam, et liberavit eam à –
51 3 liberasti corpus m à –, à laqueo ling .
16 liberasti me de –.. de tempore iniquo
Jer 12 17 evellam gentem illam evulsione et –
Thren 2 8 et non avertit manum suam à –
Tob 3 22 Non..delectaris in **perditionibus** n

PERDIX

Eccli 11 32 – inducitur in caveam .. caprea in laqueum : sic et cor superborum
Jer 17 11 – fovit quæ non peperit

PERDO perdis

Job 18 4 Qui – animam tuam in furore tuo
2 *Mac* 7 9 scelestissime , in præsenti vitâ nos –, sed Rex mundi.. nos.. suscitabit
Job 12 23 Qui multiplicat gentes, et **perdit** eas
Eccli 27 17 Qui denudat arcana amici , fidem –
Eccle 10 1 Muscæ morientes **perdunt** suavit ung
Ezec 28 16 et ejeci te.. et **perdidi** te , ô cherub
Joan 18 9 quos dedisti mihi, non – ex eis quemq
Ps 72 27 **perdidisti** om qui fornicantur abs te
Sap 18 5 cogitarent justorum occidere infantes.. pariter illos – in aquâ validâ
Isai 26 14 et – omnem memoriam eorū [*gigantum*]
Ezec 28 17 – sapientiam tuam in decore tuo
Eccli 8 3 Multos.. **perdidit** aurū et arg [31 6]
10 24 Memoriam superborum – Deus
Matt 22 7 Rex..iratus est.. – homicidas illos,et..
Luc 17 27 et venit diluvium, et – omnes
29 pluit ignē et sulphur de cœlo..omnes –
Judae 5 eos, qui non crediderunt, – [*Jesus*]
Luc 15 9 inveni drachmā, quā **perdideram**
Ezec 25 7 idcircò.. interficiam te..et **perdam**..
1 *Cor* 1 19 – sapientiam sapientium.. prudentiā prudentiū reprobabo [*Isai* 29 14]
Gen 18 23 Numquid **perdes** justum cum impio?
Job 14 19 terra consumitur..hominē..similiter –
Ps 5 7 – omnes, qui loquuntur mendacium
20 11 Fructum eorum de terrā –
142 12 – omnes, qui tribulant animam meam
Prov 1 32 prosperitas stultorum **perdet** illos
6 32 adulter..propt cordis inopiā – animā s
29 3 qui autem nutrit scorta, – substantiā
Eccle 9 18 qui in uno peccaverit , multa bona –
Eccli 10 3 Rex insipiens – populum suum
Matt 10 42 *Marc* 9 40 potū dederit..calicē aquæ.. amen dico vobis, non – mercedem s
21 41 Aiunt illi : Malos malè –, et.. aliis..
Marc 8 35 Qui..voluerit animā s salvā facere,– eā
12 9 *Luc* 20 16 – colonos [*vineae*].. dabit..
Luc 9 24 voluerit animam s salvā facere, – illā
Joan 12 25 Qui amat animam suam, – eam
Matt 10 39 qui **perdiderit** animam suā propter me, inveniet eam [16 25]
Marc 8 35 qui autem – animam suam propter me et evangelium, salvam faciet eam
Luc 17 33 quicumq – illā [*animam*],vivificabit eā
Eccli 29 13 **Perde** pecuniam propt fratrē et amic
Ps 25 9 Ne **perdas** cum impiis, D, animā m
27 3 cum operantibus iniquitatem ne – me
Eccli 9 6 Ne des fornicariis animam t in ullo : ne – te, et hæreditatē t [*Prov* 5 2]

Ps 33 17 ut – de terrâ memoriam eorum
Eccli 22 33 Quis dabit.. ut non cadam .. et lingua mea – me? [*Ps* 140 3]
Luc 9 25 Quid.. proficit homo si lucretur univ mundum, se autem ipsum –..?
Joan 10 10 Fur non venit, nisi ut furetur et mactet, et –
2 *Joan* 8 Videte..ne **perdatis** quæ operati estis
Ps 118 95 expectav peccetor ut **perderent** me
Matt 27 20 ut peterent Barabbam, Jesum verò –
Marc 11 18 et scribæ quærebant quomodò eum –
Luc 15 4 si **perdiderit** 1.. nonne dimittit 99
8 si – drachmā.. nonne accendit lucernā
Deut 10 10 exaudivit..me.. et te **perdere** noluit
Esth 13 15 miserere..quia volunt nos inimici n –
Matt 10 28 sed potiùs timete eum qui potest et animam et corpus – in gehennam
Marc 1 24 Jesu Nazarene : venisti – nos?
3 – 4 Licet sabb.. animā salvā facere, an –?
Luc 6 9 si licet.. animam salvam facere,an –?
9 56 Filius h non venit animas –, sed salvare [*Joan* 3 17, 12 47]
19 47 et principes plebis quærebant illum –
Rom 14 15 Noli cibo tuo illum –, pro quo Christus mortuus est [1 *Cor* 8 11]
Jos 4 12 Unus est..judex,qui potest –,et liberare
Eccli 16 10 Non misertus est..gentē totā **perdens**
Eccle 3 6 Temp acquirendi.. temp **perdendi**
Matt 2 13 Herod quærat puerū ad **perdendum**
Job 20 7 quasi sterquiliniū in fine **perdetur**
Prov 2 22 Impii verò de terrâ **perdentur** [*Job* 18 17]
Deut 28 37 eris **perditus** in proverbiū ac fabulā
Jer 50 6 Grex – factus est populus meus
51 26 sed – in æternum eris, ait Dominus
Ps 30 13 Factus sum tanquàm vas **perditum**
Eccli 8 15 Quòd si feneraveris, quasi – habe
Thren 4 16 facti sunt filii mei **perditi**, quoniam invaluit inimicus
Isai 30 28 Spiritus ejus [*Dni*] velut torrens inundans.. ad **perdendas** gentes

PERDUCO perduxi

2 *Mac* 7 27 te.. et alui, et in ætatem istam –
Ps 77 13 Interrupit mare, et **perduxit** eos 52 et – eos, tanquàm gregem in deserto
Tob 10 11 sit in itinere v, **perducat**.. vos incol
Act 9 2 ut.. vinctos **perduceret** in Jerusalē
Tob 5 14 Nūquid poteris **perducere** filiū m..?

PEREFFLUO pereffluamus

Hebr 2 1 oportet observare..quæ audivim,ne..–

PEREGRĒ

Luc 15 13 adolescentior filius – profectus est..

PEREGRINATIO peregrinationis

Gen 28 4 ut possideas terrū – tuæ,quū pollicitus
47 9 Dies – meæ 130 annorum..parvi et mali
Ps 118 54 justificationes tuæ, in loco – meæ

PEREGRINOR peregrinamur

2 *Cor* 5 6 scientes quoniam dùm sumus in corpore – à Domino
Tob 10 4 fili..ut quid te misimus **peregrinari**
2 *Cor* 5 8 voluntatē habemus magis – à corpore, et præsentes esse ad Dominum
1 *Pet* 4 12 nolite – in fervore , qui ad tentationē vobis fit, quasi novi..vob contingat

PEREGRINUS

Job 19 15 et quasi – fui in oculis eorum
31 32 Foris non mansit –, ostium m.. patuit
Ps 38 13 quoniam advena ego sum apud te, et –
68 9 factus sum.. et – filiis matris meæ
Luc 24 18 Cleophas [*ad Jesum*] Tu solus – es in Jerusalem, et non cognovisti..?
Exod 23 9 **Peregrino** molestus non eris..fuistis
Deut 14 21 –..da ut comedat, aut vende ei : quia tu populus sanctus Dni Dei tui es
10 18 amat **peregrinum**, et dat ei victū
1 *Par* 29 15 **Peregrini**.. sumus corā te.. advenæ
Hebr 11 13 omnes.. – et hospites sunt super terrā
Matt 27 7 Consilio.. emerunt ex illis agrū figuli, in sepulturam **peregrinorum**
Levit 19 10 paup..**peregrinis** carpenda dimittes
23 22 sed pauperib et – dimittetis.. [*spicas*]
Deut 10 19 amate **peregrinos**.. ipsi fuistis adv
1 *Pet* 2 11 obsecro vos, tanq advenas et –, abstinere vos à carnalibus desideriis..
3 *Joan* 5 fideliter facis, quidq.. et hoc in –
Hebr 13 9 Doctrinis.. **peregrinis** nolite abduci

PEREO

1 *Mac* 6 13 ecce – tristitiā magnā, in terrā aliena
Luc 15 17 abundant panibus, ego autē hic fame –
Eccle 7 16 Justus **perit**..et impius multo vivit.
Isai 57 1 Justus –, et non est qui recogitet..
Joan 6 27 Operamini, non cibum qui –, sed qui permanet in vitam æternam
Matt 8 25 *Luc* 8 24 suscitaverunt eū..**perimus**
2 *Cor* 4 9 non derelinq, dejicimur, sed non –
Matt 9 17 vinum effunditur, et utres **pereunt**
Job 3 11 Quarè.. ex utero non statim **perii**?
Thren 3 54 Inundaver aquæ super cap m; dixi : –
Job 4 11 Tigris **periit**.. non haberet prædam
Ps 9 6 Increpasti gentes, et – impius
7 – memoria eorū [*impiorum*] cum sonitu
118 176 Erravi, sicut ovis quæ –: quære servū
141 5 – fuga à me, et non est qui requirat animam meam
Thren 3 18 dixi : – finis meus et spes m à Domno
Ezec 37 11 Aruerunt ossa nostra, et – spes n
Joel 1 5 et ululate, omnes qui bibitis vinum in dulcedine : quoniam – ab ore v
9 – sacrificium et libatio de domo Dni
11 Confusi sunt agricolæ.. quia – messis
Mich 7 2 – sanctus de terrâ, et rectus in hominibus non est.. ſcatrē s.. venatur..
Joan 17 12 et nemo ex eis –, nisi filius perditionis
2 *Pet* 3 6 ille tunc mundus aquâ inundatus, –
Judit 8 25 exterminati s..à serpentib **perierunt**
Ps 72 19 – [*impii*] propter iniquitatem suam
Eccli 9 9 Propter speciem mulieris, multi – [*Gen* 34 2. 2 *Reg* 11 2, 13 1 *Matt* 5 28]
2 *Mac* 8 19 et quòd sub Semnacherib 185,000 – [4 *Reg* 19 35 *Eccli* 48 24. 1 *Mac* 7 41]
Matt 10 6 potiùs ite ad oves quæ – domùs Israel
15 24 missus, nisi ad oves, quæ – domùs Isr
1 *Cor* 10 9 quidā..tentaverunt, et à serpentibus – 10 murmuraverunt,et – ab exterminatore
Ezec 34 16 Quod **perierat**, requirā.. abjectū..
Matt 18 11 Venit.. Filius hominis salvare quod –
Luc 15 4 dimittit 99.. et vadit ad illam quæ – 6 Congratulamini..inveni ovem m quæ– 24, 32 mortuus erat, et **revixit** : – et inventus est
19 10 Venit.. Filius hom quærere,et..quod–
Nah 3 15 comedet te ignis : **peribis** gladio
Job 8 13 et spes hypocritæ **peribit**
11 20 effugium – ab eis [*impiis*] et spes illorum abominatio animæ
15 32 Antequàm dies ej [*impii*] impleantur,–
Ps 1 6 et iter impiorum –
9 19 patientia pauperum non – in finem

Ps 36 28 Injusti punientur: et semen impiorū–
40 6 dixerunt mala.. Quandò.. et – nomen
111 10 fremet.. desiderium peccatorum –
Prov 10 28 spes autē impiorum – [11 7 *Sap* 5 15]
19 9 et qui loquitur mendacia, –
21 28 Testis mendax –..obediens loq vict
24 14 habebis in novissimis spē..spes t non–
Sap 4 19 erunt gementes, et memoria illorum –
Eccli 3 27 et qui amat periculum, in illo –
27 29 et qui laqueum alii ponit, – in illo
Isai 29 14 – enim sapientia à sapientibus ejus
Jer 18 18 non enim – lex à sacerdote, neq consilium à sapiente.. sermo à proph
Ezec 7 26 lex – à sacerdote.. consiliū à seniorib
Luc 21 18 [*eritis odio omnibus propter nomen m*] et capillus de capite vestro non –
1 Cor 8 11 – infirm in t scientiā frater, propt quē Christus mortuus est? [*Rom* 14 15]
Bar 3 3 Quia tu sedes in sempiternum, et nos **peribimus** in ævum?
Deut 8 20 **peribitis**, si inobedientes.. voci Dni
1 Reg 12 25 si perseveraveritis in malitiā..vos et..–
Luc 13 5 si pœnitentiam non egeritis, omnes..–
Gen 18 24 Si.. 50 justi in civitate, **peribunt**..?
Ps 9 4 infirmabuntur [*inimici*], et – à facie t
36 20 quia peccatores –
48 11 insipiens..stultus –..relinquent alienis
72 27 Quia ecce, qui elongant se à te, –
79 17 ab increpatione vultūs tui –
91 10 ecce inimici tui –.. dispergentur..
101 27 Ipsi –, tu autē permanes.. veterascent
145 4 in illā die – omnes cogitationes eorum
Eccli 27 32 Laqueo –, qui oblectantur casu justor
Isai 41 11 et – viri, qui contradicunt tibi
Jer 10 15, 51 18 in tempore visitationis suæ –
48 8 – valles et dissipabuntur campestria
Matt 26 52 omnes..qui acceperint gladiū,gladio –
Marc 2 22 et vinum effundetur, et utres –
Rom 2 12 sine lege peccaverunt, sine lege –
Hebr 1 11 –, tu autē permanebis.. veterascent
2 Pet 2 12 blasphemantes, in corruptione suā –
Ps 36 34 cùm **perierint** peccatores, videbis
Prov 28 28 cū illi [*impii*] – multiplicabuntur justi
Sap 12 12 aut quis tibi imputabit, si – nationes, quas tu fecisti?
Gen 19 15 ne et tu.. **pereas** in scelere civitatis
17 in monte salvū te fac, ne et tu simul–
45 11 te pascā [*ait Joseph*] ne..tu–, et dom t
Deut 28 22 Percutiat te D.. persequatur donec –
Eccli 9 4 nec audias illam [*saltatricem*], ne.. –
2 Reg 14 14 ne penitùs **pereat**, qui abjectus est
Esth 3 9 [*Aman regi*] Si tibi placet, decerne ut – [*populus Judaeorum*]
Job 3 3 – dies in quā natus sū,et nox in quā.. [*Jer* 20 14]
18 17 Memoria illius [*impii*] – de terrā [*Prov* 2 22]
Ose 14 1 – Samaria, quoniam ad amaritudinem concitavit Deum suum
Matt 5 29, 30 expedit.. tibi, ut – unum membr
18 14 Sic non est voluntas ante Patrem v.. ut – unus de pusillis istis
Joan 3 13 ut omnis, qui credit in ipsum, non –, sed habeat vitam æternam
16 qui credit.. non –, sed habeat vitā æt
11 50 expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, et non tota gens –
Esth 7 4 ut conteramur, jugulem..**pereamus**
Ps 2 12 irascatur D, et **pereatis** de viā justā

Judic 5 31 – [*ut Sisara*] omnes inimici tui
Ps 67 3 deficiant : sicut fluit cera à facie ignis, sic – peccatores à facie Dei
82 18 Erubescant [*inimici*] et conturbentur.. confundantur, et –
Ose 14 4 in gladio –, parvuli eorum eliduntur
Joan 6 12 Colligite, quæ superav fragmenta, ne–
Isai 38 17 eruisti animam m , et non **periret**
Ps 118 92 Nisi..lex.. **perissem** in humilit m
Jos 22 20 Achan.. erat unus homo.. utinā solus **perisset** in scelere suo
2 Reg 14 14 nec vult Deus **perire** animam : sed retractat.. ne penitùs pereat .. abj..
2 Pet 3 9 patienter agit.. nolens aliquos – , sed omnes ad pœnitentiam reverti
Job 31 19 Si despexi **pereuntem**, eo quòd non habuerit indumentum
1 Cor 1 18 Verbum.. crucis , **pereuntibus**.. stultitia.. nobis, Dei virtus est
Job 29 13 Benedictio **periturī** sup me veniebat

PERFECTE

Amos 5 10 et loquentem – abominati sunt
1 Pet 1 13 sobrii – sperate in eam.. gratiam

PERFECTIO

Isai 18 5 et immatura – germinabit
Col 3 14 Super omnia.. hæc, charitatē habete, quod est vinculum **perfectionis**

PERFECTIOR perfectiora

Hebr 6 1 ad – feramur

PERFECTUS [*Vid* **PERFICIO**]

PERFERO pertulit

1 Pet 2 24 peccata n ipse – in corpore s super lignum [*Isai* 53 4. *1 Joan* 3 5]
1 Cor 16 3 mittā **perferre** gratiā v in Jerusalē

PERFICIO perficit

Prov 16 30 cogitat prava, mordens labia s – malū
Ps 8 3 Ex ore infantiū et..**perfecisti** laudē
30 20 – eis, qui sperant in te
39 7 Sacrificiū.. noluisti : aures autē – mihi
17 34 Qui **perfecit** pedes m tanq cervorū
Phili 1 6 qui cœpit..**perficiet** usq in diē Chr..
1 Pet 5 10 modicum passos ipse [*Jesus*] –.. solid..
Galat 5 16 Spiritu ambulate, et desideria carnis non **perficietis** [*Rom* 13 14. *1 Pet* 2 11]
Ps 16 5 **Perfice** gressus meos in semitis tuis
79 16 Et – eam, quam plantavit dextera tua
Eccli 3 19 Fili , in mansuetudine opera tua –
Luc 14 29 fundamentum, et non potuerit **perficere**.. incipiant illudere ei..
Rom 7 18 velle, adjacet mihi : –..bonū non inven
Phili 2 13 Deus..operatur in vobis et velle , et –
2 Cor 7 1 mundemus nos,.. **perficientes** sanctificationem in timore Dei
Luc 14 28 ædificare, nonpriùs..computat.. si habeat ad **perficiendum** [*ne..*]
2 Cor 12 9 virtus in infirmitate **perficitur**
Eccli 21 10 **perfectus est**, erit illi gloria æterna
Gen 2 1 Igitur **perfecti sunt** cœli et terra
Luc 1 45 **perficientur**.. quæ dicta s tibi à D
Eccli 7 36 pauperi..ut **perficiatur** propitiatio
Luc 12 50 quom coarctor, usq dùm – [*baptismus*]
Gen 6 9 Noe, vir justus atque **perfectus**
17 1 [*ad Abram*] ambula corā me, et esto –
Eccli 44 17 Noe inventus est –, justus
Matt 19 21 Si vis – esse..vende..da paup..sequere
Phili 3 12 Non quòd jam acceperim aut jā – sim
2 Tim 3 17 ut – sit homo Dei, ad omne opus bon
Jac 3 2 in verbo non offendit: hic – est vir

1 Joan 4 18 Qui autem timet, non est – in charitate
Cant 6 8 Una est columba mea, **perfecta** mea
Rom 12 2 reformamini.. ut probetis quæ sit voluntas Dei bona, et beneplacens.. –
1 Joan 2 5 servat verbū..in hoc charitas Dei – est
4 18 sed – charitas foràs mittit timorem
3 Reg 11 4 nec erat cor ej [*Salom*] **perfectum**
1 Cor 13 10 Cùm autem vènerit quod – est, evacuabitur quod ex parte est
Jac 1 17 omne donum – desursùm est, descendens à Patre luminum
Thren 2 15 Hæccine est urbs.. **perfecti** decoris..?
Eph 4 13 donec occurramus..virū **perfectum**
Col 1 28 ut exhibeamus omnē hom – in Christo
Prov 4 18 Justor..semita,quasi lux..procedit et crescit usq ad **perfectam** diem
Luc 1 17 in..virtute Eliæ .parare Dno plebem –
Jac 1 25 Qui.. perspexerit in legē – libertatis.. non auditor obliviosus..sed factor..
4 Patientia.. opus **perfectum** habet
Jos 24 14 et servite ei [*Duo*] **perfecto** corde
4 Reg 20 3 *Isai* 38 3 [*ait Ezechias*] memento, quæso, quomodò ambulaverim coram te in veritate et in corde –
Matt 5 48 Estote ergo..**perfecti**, sicut et Pater vester cœlestis perfectus est
1 Cor 1 10 ut..sitis autem – in eodem sensu et..
14 20 malitiâ parvuli estote : sensib autē –
Eph 6 13 ut possitis resistere..et..– stare
Col 4 12 ut stetis –.. in omni voluntate Dei
Jac 1 4 ut sitis – et integri,in nullo deficientes
Deut 32 4 Dei **perfecta**..opera.. viæ ej judicia
1 Cor 2 6 Sapientiā..loquimur inter **perfectos**

PERFODIO perfodi

Matt 24 43 *Luc* 12 39 si sciret..non sineret – domū

PERFORO perforabit

Isai 36 6 super baculum..cui si innixus fuerit.. intrabit in manum ejus, et – eam

PERFRUOR perfruēris

Deut 8 9 et rerum omnium abundantiâ –
Prov 1 33 me audierit,absq terrore requiescet, et abundantiâ **perfruetur**
Eccle 9 9 **Perfrnere** vitâ cum uxore, quā dil

PERFUNGOR perfungar

2 Mac 6 28 [*ait Eleazarus*] fortiter pro.. sanctissimis legibus honestâ morte –

PERGO pergunt

Eccle 3 20 et omnia – ad unum locum
Tob 1 15 **Pergebat**..ad omnes..in captivitate
19 Tobias quotidiè – per omn cognationē
14 4 Reliquū.. vitæ.. in gaudio fuit.. cum bono profectu timoris Dei **perrexit**
Exod 14 29 **perrexerunt** per mediū sicci maris
Gen 13 9 si tu dexteram..ad sinistram **pergam**
Ruth 1 16 [*Ruth ad Noemi*] quoc.. perrexeris, –
Eccle 6 8 quid pauper [*habet*], nisi ut **pergat** illùc, ubi est vita?

PERHIBEO [*Vid* **TESTIMONIUM**]

PERICLITOR periclitamur

1 Cor 15 30 Ut quid et nos – omni horâ?
Jon 1 4 et navis **periclitabatur** conteri

PERICULOSUS periculosa

2 Reg 2 26 an ignoras quod – sit desperatio?
2 Tim 3 1 in novissdiebinstabunt temp **periculosa** [*1 Tim* 4 1 *2 Pet* 3 3 *Judae* 18]

PERICULUM

Rom 8 35 Quis.. nos separabit à charitate.. an–?
Judic 5 2 obtulistis.. animas v ad **periculum**
Eccli 3 27 et qui amat –, in illo peribit
Prov 7 23 velut si avis festinet ad laqueū, et nescit quòd de – æimæ.. agitur
Ps 114 3 et **pericula** inferni invenerunt me
Judic 9 17 animā s dedit [*Jerobaal*] **periculis**, ut erueret v de manu Madian
Tob 4 4 memor.. esse debes, quæ.. **pericula** passa sit propter te in utero suo
Eccli 43 26 Qui navigant mare, enarrent – ejus
2 Cor 1 10 qui de tantis **periculis** nos eripuit..
11 26 – fluminum, – latronum, – ex genere ex gentib, – in civitate, – in solitudine, – in mari, – in falsis fratribus

PERIPSEMA

1 Cor 4 13 facti sumus, omnium – usque adhùc

PERISCELIDA periscelidas

Isai 3 20 –.. olfactoriola..inaures [*auferet Dnus*]

PERISCELIDES periscelides

Num 31 50 offerimus..–.. armillas.. ut depreceris

PERITIA

Eccli 25 8 Corona senum multa –, et gloria illorum timor Dei

PERITUS

Eccli 21 25 – confundetur à personâ potentis
36 22 Cor pravū dabit tristitiā..– resistet illi
37 22 – multos erudivit.. animæ s suavis est

PERIZOMA perizomata

Gen 3 7 se esse nudos, consuerunt [*Adam et Heva*] folia ficûs, et fecerunt sibi –

PERJURO perjurabis

Levit 19 12 Non – in nomine meo..Ego Dominus
Matt 5 33 Non – : reddes autē Dno juramenta t
Prov 30 9 ne.. aut egestate compulsus, furer, et **perjurem** nomen Dei mei

PERJURUS

Eccle 9 2 ut –, ità et ille qui verum dejerat
Mal 3 5 ero testis velox..adulteris..**perjuris**
1 Tim 1 10 fornicariis..mendacib..–[*posita est lex*]

PERMANEO permanes

Job 2 9 Adhùc tu – in simplicitate tuâ?
Ps 101 13 Tu autem, Domine, in æternum –
27 Ipsi peribunt,tu autem –, veterascent
Deut 27 26 Maledictus, qui non **permanet** in sermonibus legis ùuj , nec.. perficit
Job 14 2 et nunquàm in eodem statu – [*homo*]
Ps 9 8 [*Perrit memoria eorum cum sonitu :]* et Dominus in æternum –
60 8 – in æternum in conspectu Dei
71 17 ante solem – nomen ejus [*Christi*]
118 89 In æternum, Dne, verbū t – in cœlo
90 veritas tua : fundasti terram, et –
Eccle 3 15 Quod factum est, ipsum –.. futura jam fuerunt.. instaurat quod abiit
Eccli 38 20 In abductione – tristitia
Joan 6 27 non cibū qui perit, sed qui – in vitā..
2 Tim 2 13 si non credimus, ille fidelis –
2 Joan 9 Omnis, qui recedit, et non – in doctrinā Christi, Deum non habet
Col 1 23 si tamen **permanetis** in fide fundati.. stabiles.. immobiles à spe..
Eccli 44 11 cum semine eorū **permanent** bona [*hæreditas sancta nepotes eorum*]
Judit 4 15 deprec..**permanebant** in consp Dni
Tob 2 14 immobilis in Dei timore **permansit**
14 17 **cognatio** ej [*Tobiae*] in bonâ vitâ.. –
Eccli 2 12 Quis..–in mandatis ej, et derelict est
46 11 usq in senectutē – illi [*Caleb*] virtus
Luc 22 28 **permansistis** mec in tentationib m
Thre 5 19 Tu.. Dne, in æternum **permanebis**
Hebr 1 11 Ipsi [*cœli*] peribunt, tu autem –, et..

Gen 6 3 Non – spirit m in hom.. quia caro est
Ps 71 5 – [*Christus*] cum sole, et ante lunam
Prov 12 7 non erunt [*impii*]: domus..justorum –
19 21 Multæ cogitationes in corde viri : voluntas autem Domini –
Eccli 6 8 amicus.. et non – in die tribulationis
10 socius mensæ.. non – in die necessitat
41 16 Bonæ vitæ numerus dierum : bonum autem nomen – in ævum
Rom 6 1 **Permanebimus** in peccato , ut gratia abundet ? [*Absit*]
Ps 5 6 Neq.. juxta te malignus : neque **permanebunt** injusti ante oculos t
1 *Tim* 2 15 Salvabitur [*mulier*] si **permanserit** in fide..dilectione, et sanctificatione
Judit 4 12 si..**permanseritis** in jejuniis, et or
2 *Tim* 3 14 **permane** in iis,quæ didicisti,et cred
1 *Cor* 7 20 in quâ voc vocatus est..**permaneat**
Phili 3 16 et in eâdem **permaneamus** regulâ
2 *Par* 7 16 **permaneant** oculi m, et cor m ibi..
Tob 4 20 et omnia consilia tua in ipso [*Deo*] –
1 *Cor* 7 8 Dico autem non nuptis, et viduis : bonum est illis, si sic – sicut et ego
Act 14 21 exhort.. ut **permanerent** in fide
Eccle 2 11 vidi.. et nihil **permanere** sub sole
Sap 11 26 Quom..posset aliquid–, nisi..voluisses?
Phili 1 24 – autē in carne , necessariū propt vos
Hebr 7 23 sacerd.. quòd morte prohiberentur –

PERMITTO

1 *Tim* 2 12 Docere.. mulieri non –.. in silentio
Apoc 2 20 **permittis**..Jezabel.. docere..seduc
Tob 2 12 tentationem ideò **permisit**.. illi [*Tobiae*], ut..exemplum patientiæ..
Judit 13 20 non – me Dnus ancillā s coinquinari
Matt 19 8 Moyses ad.. – vob dimittere uxores v
Joan 19 38 ut tolleret corpus Jesu. Et – Pilatus
Hebr 6 3 hoc faciemus , si.. **permiserit** Deus
Matt 8 21 **permitte** me 1um.. sepelire patrem
Luc 9 61 – mihi primū renuntiare his,quæ domi
Tob 4 14 Superbiam nunquā in tuo sensu , aut in tuo verbo dominari **permittas**
1 *Cor* 14 34 Mulieres in ecclesiis taceant, non enim **permittitur** eis loqui

PERMUNDO permundabit

Matt 3 12 – aream s : et congregabit triticum s

PERNICIES perniciem

Eccli 48 6 [*Elia*] dejecisti reges ad –..confregisti
2 *Pet* 2 12 in captionem et in –..peribunt [*iniqui*]

PERNOCTO pernoctabit

Deut 24 12 Sin..pauper est, non – apud te pignus
Luc 6 12 erat [*Jesus*] **pernoctans** in oratione

PERPERAM

1 *Cor* 13 4 Charitas patiens est, benigna est.. non æmulatur , non agit –, non inflatur

PERPETIOR perpessa es

Tob 7 20 D..det tibi gaudium pro tædio, quod–
Marc 5 26 [*mulier.. in profluvio*] **fuerat** multa **perpessa** à compluribus medicis

PERPETRO perpetrant

Eccle 8 11 absque timore ullo filii hominū – mala

PERPETUUS

Levit 6 13 Ignis est iste –, qui nunquā deficiet ..
Jer 15 18 Quarè factus est dolor meus –..?
Levit 25 23 Terra..non vendetur in **perpetuum**
Ps 102 9 Non in – irascetur [*Dnus*], neque in..
Eccle 2 16 Non enim erit memoria sapientis similiter ut stulti in –
Sap 3 8 et regnabit Dominus illorum in –
4 2 in – coronata triumph [*casta generatio*]
Sap 4 19 in contumeliâ inter mortuos in –
5 16 Justi autem in – vivent.. merces..
6 22 ô reges.. diligite sap, ut in – regnetis
Isai 26 4 Sperastis.. in Domino Deo forti in –
60 21 omnes justi,in – hæreditabunt terram
62 6 Jerusalem, constitui custodes, totâ die et totâ nocte in – non tacebunt
Jer 3 5 numquid irasceris in –, aut..?
Thren 5 20 Quarè in – oblivisceris nostri?
Dan 3 34 Ne.. tradas nos in – propter nomen t
Hebr 7 25 Undè..salvare in – potest accedentes..
Jer 31 3 in charitate **perpetuâ** dilexi te : ideò attraxi te, miseratus
Dan 12 3 fulgebunt..qui..erudiunt multos,quasi stellæ in **perpetuas** æternitates

PERQUIRO perquire

Tob 4 19 Consilium semper à sapiente –
1 *Par* 28 8 et **perquirite** cuncta mandata Dni

PERSECUTIO

